

Aben-Esra, quæ ad Gen. 10. 21. de numero annorum, quibus genuerit Noa & Semus, adfert, & quibus Abarbenele loco supra cit. iudice satisfecit argumento ex hoc loco desumpto, facile corruent, quare illis, quanquam nonnullos ex Christianis eodem effugio usos videamus, diutius non immorabimur.

§. 5. Quæ ad Gen. 10. 21. idem movet Guffet. l. c. §. 199. Sic η inseruit ad comparationem, ut notet superlativum, de Sem הַגֵּרֹן יפת אחי frater Japheti maximus. Quidam invertunt, ut Japheto attribuant הַגֵּרֹן , sed id succedere nequit, nisi etiam addas fuisse maximum fratrum, maiorem S Semo S Chamo. Nam non notat maiorem, sed maximum: maior alio modo satis noto exprimitur; leviora sunt quam ut cuiusquam assensum mereantur. Demus enim quod postulat vir clariss. הַגֵּרֹן in superlativo vertendum, ut maximus dicatur Japhetus & Semi & Chami frater, quod non quidem per η , sed per loca superius allata certum, nihil inde eruetur quod contra Scripturam. Pessima vero est viri cel. versio, quæ הַגֵּרֹן contra Accentuum nexum construit cum nomine אחי , quod cum יפת in eodem casu coniungendum monent luculenter accentus, qui alias hoc ordine forent adscripti: יפת הגרון אחי siquidem versio hæc esset proba ac legitima. Ex quibus facile concidunt quæ commentatus est ad hanc quæstionem Abarben. comm. in pentat. f. 47. c. 4. lin. 15. fin. ff. c. 3. lin. ult. Q. 7. & f. 49. c. 2. l. 7. ff. qui הַגֵּרֹן haud secus ac Guffetius ad Semum trahit, cuius verba brevitatis studio omittimus.

§. 6. Nec illam Seb. Schmid. Responsionem, quam ad Gen. 10. 21. reiecta illa, quam modo in Guffet.